Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti. & imprudens homo dissipabit illud.

Qui sequitur iustitiam & misericordiam inuenit uitam & iustitiam & gloriam.

Ciuitatem fortium arcendit sapiens. & destruxit robur fiduciae eius.

Qui custodit os suum & linguam suam custodit ab angustiis animam suam.

Superbus & arrogans uocatur indoctus qui in ira operatur superbiam. Desideria occidit pigrum. nolue runt enim quicquam manus eius operari

Tota die concupiscit & desiderat. qui autem iustus est tribuet & non cessabit.

Hostiae impiorum abominabiles quae offeruntur scelere.

Testis mendax peribit. uir oboediens loquitur uictoriam.

Vir impius procaciter offirmat uultum suum. qui autem rectus est corrigit uiam suam

Et non est sapientia. non est prudentia. non est consilium contra dnm.

Equus paratur ad diem belli. dni autem salus tribuet.

Melius est nomen bonum quam diuitiae multae super argentum & aurum gratia bona.

Diues & pauper obuiauerunt sibi. utriusque operator est dns.

Callidus uidit malum & abscondit se innocens & pertransiit & adflictus damno